

Simon von Wehlen an das Brixner Domkapitel. Er übersendet ihnen zwei päpstliche Bullen und ermahnt sie dringend zum Gehorsam gegenüber dem Papst.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cns. 221 p. 382f. Über dem Text: Capitulo Brixinensi.

Venerabiles viri, patres et domini singularissimi. Sicuti cunctis Christi fidelibus, dum ecclesiastica libertas confunditur, summe dolendum existit, ita non immerito congratulandum, dum ipsa iuxta sacratissimas constitutiones per summi pontificis sentencias et censuras restauratur atque conservatur. Sane hiis diebus preteritis intellexi de certis Romani presulis sentenciis, censuris atque bullis in facto ecclesie
 5 Brixinensis, vidique eciam originales in valvis ecclesie Belluni affixas.²⁾ Iudicavi me insigni ecclesie Brixinensi et v(estris) d(ominacionibus) obligatum, ut ea ad aures vestras omni possibili modo deduce-
 rem. Mitto igitur, uti teneor, ad avisandum duarum bullarum copias³⁾, ex quibus intelligetis s. d. n. volun-
 tatem, sentenciam atque mentem, secundum quam, oro, sicuti debetis, vos regatis et in tempore compa-
 rietis, ne capitulum ecclesiae Brixinenses in maiorem tempestatem et ruinam propter inobedienciam
 10 perveniant, et vos apostolice sedis in indignacionem incurratis. Si enim ante lapsum termini iuxta
 mandata apostolica obedientes nos reddiderimus, pericula et scandala evitabimus futura; sin vero, timeo,
 penalialia iuxta litterarum sentencias apostolicarum exequentur. Hec utique bono zelo et fideli considera-
 cione ad noticiam vestram statui deducere. Ex Belunio die etc. lx^{mo}.

Symon Welen

¹⁾ Datierung im Anschluss an den unmittelbar vorausgehenden Brief Nr. 6329, der auf Nr. 6330 Bezug nimmt.

²⁾ Vgl. die in Nr. 6281 Anm. 2 wiedergegebene Notiz über die Verkündigung der päpstlichen Exkommunikationsbulle in Belluno.

³⁾ Nämlich Nr. 6281 f. vom 8. August 1460.